

ditae vel ullo alio pacto alienatae sunt, ab his, qui peiperam atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis praescriptione officiente, iubemus restitui, ita ut nec pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat

Dat V Non Iul Constantinop. VALENTINIANO A III (1) et EUTROPIO Conss (2) [387]

3 *Impp. ARCADIO et HONORIO AA ad PAULUM (3), Comitem domorum (4) — Si qua usquam (5) loca ad sacrum domonium pertinencia cuiuslibet temeritas occupavit (6), secundum veteris census fidem in sua iura retinenda (7) Rescripta igitur obreptionibus impetrata cum praescriptione longi temporis et novi census praesudicio submovebit auctoritas tua, atque ita omnia suo corpori, quae sunt avulsa, restituet Neque enim (8) incubatio diuturna aut novella professio proprietatis nostrae privilegium abolere potuit (9)*

Dat V Kal April Constantinop (10) ARCADIO IV (11) et HONORIO III AA Conss (12) [396]

TIT XXXIX

DE PRAESCRIPTIONE XXX VEL XL ANNORUM

1 *Impp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA (13) ARIANAE (14) — Quum asseveras (15), te absente eos, qui oculos praediis tuis imposuerant, operam dedisse, ut annonariae collationis praetextu vili pretio ab officio praesidali praedia tua distrahentur, si legitimi temporis spatium ex venditionis die fluxit (16), qui provinciam regit, inter vos cognoscet, et quod publico iure (17) praescriptum est, statuet Sin autem nondum ex die publicae venditionis legitimum tempus transmissum sit, iudex, examinationis allegationibus tuis, quod rei qualitas dictaverit, sequetur, non ignarus, si iniustam esse emtionem perspexerit, pretium, quod pro vitioso contractu datum est, secundum principalium statutorum tenorem malae fidei emtoribus restitui non oportet*

2 *Impp. VALENTINIANUS et VALENS AA ad VOLUSIANUM P P (18) — Male agitur cum (19) dominis praediorum, si tanta precario possidentibus praerogativa defertur, ut eos post quadraginta annorum spatia qualibet ratione decursa inquietari non liceat, quum lex Constantiana iubeat, ab his possessionis (20) initium non requiri, qui sibi potius quam alteri possederunt Eos autem possessores*

(1) IV, Russ. y los demás excepto Bk., y el ms Pist
(2) Hal omite la indicación de la fecha
(3) Los mms Pist. Cas Vat Pl 1 Bg Russ Cont 62, el C Theod., y S Perus, Paulinum, Hal Cont 66 y los demás
(4) Los mms Pist. Cas Vat., donorum, el ms Bg; reum privatium, el ms Pl 1; domesticorum, S Perus, dominicae rei, Hal. y los demás; la dignidad falta en el C. Theod
(5) El C Theod.; Si quaedam, el ms Gt; Si quae quam, el ms. Pl 1, y la ed. Schf; Si quendam, el ms Bg; Si qua, el ms Pl 2, y var l gl.; Si qua unquam, las ed Nbg Hal y las demás; pero El τῶν ἀποδοῦντων τῶν πόνων las Bas
(6) Los mms Pl 1 Bg Gt, la ed Schf, y el C Theod; occupaverit, los demás
(7) retinenda, el ms Gt, la ed Schf, y el C. Theod
(8) aut precario colorata aut, inserta el C Theod, y la ley 2 C XI 66

vendidas ó por algún otro pacto enajenadas en cualquier provincia, sean restituidas por los que malamente y contra las leyes las detentan, sin que obste ninguna prescripción de largo tiempo, de tal suerte, que ciertamente á los ilegítimos compradores no les sea lícito pedir el precio

Dada en Constantinopla á 5 de las Nonas de Julio, bajo el tercer consulado de VALENTINIANO, Augusto, y el de EUTROPIO [387]

3 *Los Emperadores ARCADIO y HONORIO, Augustos, á PAULO, Conde de las casas. — Si la temeridad de cualquiera ocupó en alguna parte lugares pertenecientes al sacro dominio, sean reducidos conforme al testimonio del antiguo censo á su propia condición de derecho Así, pues, tu autoridad rechazará juntamente con la prescripción de largo tiempo y con el perjuicio del nuevo censo los rescriptos impetrados con obrepciones, y de este modo restituirá á su propio cuerpo todo lo que de él fué arrancado Porque ni la posesión ilegítima de largo tiempo ni una nueva declaración pudo abolir el privilegio de nuestra propiedad*

Dada en Constantinopla á 5 de las Calendas de Abril, bajo el cuarto consulado de ARCADIO, y el tercero de HONORIO, Augustos [396]

TÍTULO XXXIX

DE LA PRESCRIPCIÓN DE TREINTA Ó DE CUARENTA AÑOS

1 *Los Emperadores DIOCLECIANO y MAXIMIANO, Augustos, á ARIANA — Puesto que aseveras, que, hallándote ausente, procuraron los que habían puesto los ojos en tus predios que so pretexto de la contribución de provisiones fueran vendidos á vil precio tus predios por las oficinas del presidente, el que gobierna la provincia conocerá entre vosotros, si transcurrió desde el día de la venta el espacio de tiempo legal, y determinará lo que en el derecho publico está prescrito Mas si aun no hubieja transcurrido el tiempo legal desde el día de la venta pública, el juez, examinadas tus alegaciones, se atenderá á lo que dicten las circunstancias del caso, no ignorando, que si viere que la compra es injusta, no se les debe restituir á los compradores de mala fe el precio que se pagó por un contrato vicioso, á tenor de las disposiciones imperiales*

2 *Los Emperadores VALENTINIANO y VALENTE, Augustos, á VOLUSIANO, Prefecto del Pretorio — Malamente se ejercita acción contra los dueños de los predios, si á los que poseen en precario se les concede tanta prerogativa, que no sea lícito molestarlos después de haber transcurrido por cualquier razón el espacio de cuarenta años, pues la ley de Constantino manda que no se les investigue el co-*

(9) Los mms Pl 2 Gt; potuerunt, el C Theod; poterit, los mms. Pl 1. Bg, y las ed; pero ἠδυνάθη, las Bas
(10) El C Theod., y Bk; el lugar falta en los demás
(11) El C Theod. y Bk; V, los demás, y el ms Pist
(12) Hal omite la indicación de la fecha
(13) et CC, insertan los mms Vat Pl 1
(14) Arianas, Harrianas, Hermae, nuestros mms
(15) Los mms Pl. 2 Bg y las ed. Nbg Hal.; asseveras, el ms Pl 1 según corrección, y las demás ed
(16) effluxerit, el ms. Pl 1
(17) iuri, los mms Pl 1 2 Bg Gt, y las ed. Nbg Schf Hal Russ.
(18) P U, S Perus, y lo confirma Jac. Godofr en la Cluonol p XCV; piu, el ms Bg.
(19) cum, omitenla los mms. Pl 1 2
(20) Los mms Pl 1. 2 Bg Gt, todos los de Russ, y la ed Schf; possessoribus, las ed Nbg Hal y las demás

non convenit appellari, qui ita tenent, ut ob hoc ipsum solitam debeant praestare mercedem Nemo igitur, qui ad possessionem conductor accedit, diu alienas res retinendo (1) ius sibi proprietatis usui pet, ne cogantur domini aut amittere, quod (2) locaverunt, aut conductores utiles sibi fortassis excludere, aut annis omnibus super dominio suo publice protestari

Dat VIII Kal August VALENTINIANO et VALEN-
TE AA Conss (3) [365]

3 *Imp THEODOSIUS A* (4) *ASCLEPIODOTO P P* — Sicut in rem speciales, ita de universitate (5) ac personales acciones ultra triginta annorum spatium minime pretendantur Sed si qua res vel ius aliquod postuletur, vel persona qualicumque actione vel persecutione pulsetur, nihilominus erit agenti triginta annorum praescriptio metuenda; eodem etiam (6) in eius valente persona, qui pignus vel hypothecam non a suo debitore, sed ab alio per longum tempus (7) possidente nititur vindicare

§ 1 — Quae ei go ante (8) non motae sunt actiones, triginta annorum iugi silentio, ex quo competere iure (9) coeperunt, vivendi (10) ulterius non habeant facultatem Nec sufficiat precibus oblatis speciale quoddam, licet per annotationem, promeruisse (11) responsum, vel etiam in (12) iudiciis allegasse, nisi, allegato sacro rescripto aut in iudicio postulatione deposita, fuerit subsecuta per executorem (13) conventio; non sexus fragilitate, non absentia, non militia contra hanc legem defendenda (14), sed pupillari aetate duntaxat, quamvis (15) sub tutoris defensione consistat (16), huic eximenda sanctioni Nam quum ad eos annos pervenerint, qui ad sollicitudinem pertinent curatoris, necessario eis, similiter ut aliis, annorum triginta intervalla servanda sunt

§ 2 — Haec autem acciones annis triginta continuis extinguantur, quae perpetuae videbantur, non illae, quae antiquis (17) temporibus limitantur (18)

§ 3 — Post hanc vero temporis definitionem nulli movendi ulterius facultatem patere censemus, etiamsi se legis ignorantia excusare tentaverit

Dat XVIII (19) Kal Decemb: Constantinop
VICIORE V C Cons (20) [424]

(1) *Los mms Pl 1 2 Bg todos los de Russ, y las ed Nbg, Schf Hal; tenendo, Russ, y los demás*

(2) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, y las ed Nbg Hal; quae, las ed Schf Russ, y las demás*

(3) *Godofr refiere esta constitución al año 373 de su ete que después de AA deberia insertarse IV, lo cual esta en pugna con la inscripción*

(4) *El C Theod., Cuyacio Obsv XVIII 26., y Bk.; á Arcadio y Honorio atribuyen esta ley los mms Pl 1. Bg y las ed Nbg Hal Russ Cont 62. y á Honorio y Teodosio el ms Pl 2, S Perus, Cont 66 y los demás*

(5) *ad universitatem, el C Theod; pero περί ομίλου, las Bas.*

(6) *El ms Gt y el C Theod; iure, insertan los mms Pl 1 2 Bg, y las ed; pero las Bas reclaman la omisión de la palabra.*

(7) *per longum tempus, omitelas el C. Theod*

(8) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, y el C Theod; antea, las ed.*

(9) *Los mms Pl 1 2 Bg, las ed Nbg; Schf Hal, y el*

mienzo de la posesión á los que poseyeron más bien para sí que para otro Mas no conviene que sean llamados poseedores los que tienen una cosa de tal modo, que por razón de ella misma deban pagar la renta acostumbrada Así, pues, nadie que como arrendatario entra en una posesión, usurpe para sí el derecho de propiedad reteniendo por largo tiempo bienes ajenos, á fin de que los dueños no se vean obligados ó á perder lo que dieron en arrendamiento, ó á despedir á arrendatarios que acaso les sean útiles, ó á protestar públicamente todos los años sobre su dominio

Dada á 8 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de VALENTINIANO y de VALENTE, Augustos [365]

3 *El Emperador THEODOSIO, Augusto, á ASCLEPIODOTO, Prefecto del Pretorio* — Como las reales especiales, así tampoco se extiendan de ningún modo á mayor espacio que el de treinta años las acciones sobre una universalidad y las personales Pero si se reclamara alguna cosa ó algún derecho, ó si una persona fuera demandada con cualquier acción ó persecución, se habrá de temer, sin embargo, por el actor la prescripción de treinta años; teniendo esto mismo validez también respecto á la persona del que intenta reivindicar una prenda ó hipoteca no de su deudor, sino de otro que la posee por largo tiempo

§ 1 — Así, pues, las acciones que no se promovieron antes, por el silencio continuado de treinta años desde que legalmente comenzaron á competir, no tengan posibilidad de subsistir más tiempo Y no baste que habiendo elevado súplicas uno haya obtenido cierta respuesta especial, aunque sea por decreto marginal, ó que la haya alegado en juicio, á no ser que, alegado un sacro rescripto ó deducida en juicio una petición, hubiere seguido la citación por medio del ejecutor; no debiendo ser disculpada contra esta ley la fragilidad del sexo, ni la ausencia, ni la condición militar, sino que solamente se habrá de eximir de esta sanción la edad pupilar, aunque se halle bajo la defensa del tutor Pero cuando hubieren llegado á los años que pertenecen á la solitud del curador, necesariamente se han de observar respecto á ellos, lo mismo que en cuanto á los demás, los intervalos de los treinta años

§ 2 — Pero extinganse con treinta años continuos las acciones que parecían perpétuas, pero no las que están limitadas por antiguos términos

§ 3 — Y mandamos que después de esta determinación del tiempo á nadie le quede expedita facultad para promover cuestión más adelante, aunque hubiere intentado excusarse con la ignorancia de la ley

Dada en Constantinopla á 18 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de VICTOR, varón esclarecido [424]

C. Theod.; iure competere, Russ y los demás, contra el orden de las palabras en las Bas

(10) *movendi, algunas ed. del C Theod; τοῦ ζῆν, las Bas*

(11) *meruisse, el C. Theod*

(12) *in, omítela el ms Bg, y el C. Theod*

(13) *per executorem, omítelas el C Theod*

(14) *defendenda, el ms Pl 1*

(15) *quam diu, el C Theod; pero ἕως τὰ μέγιστα las Bas*

(16) *constitit, el ms Pl. 1, y el C Theod.; constitit, los mms Pl 2 Bg y la ed Schf.*

(17) *antiquitas fixis, el C Theod; antiquitas centis, Char al margen según el libro de Aured; pero el texto concuerda con las Bas*

(18) *Los mms Pl 1 2 Bg Rg y el C Theod; limitabantur, las ed; pero περιπέποιονται, las Bas*

(19) *El C Theod, y Bk; VIII, Russ y los demás; VIII, el ms Pist.*

(20) *Victore et Symmacho Conss, Cont 66 71 76 Char Pac Sp*

4 *Imp ANASTASIUS A MATRONIANO P P* — Omnes nocendi quibuslibet modis artes omnibus amputantes, cunctas quidem temporales exceptiones, quae ex vetere iure vel (1) principalibus decretis descendunt, tanquam si per hanc legem specialiter ac nominatim fuissent enumeratae, cum suo robore durare, et suum cunctis, quibus competunt vel in posterum competere valuerint, pro suo videlicet tenore praesidium in perpetuum de ferre decernimus

§ 1 — Quidquid autem praeteritarum praescriptionum vel verbis vel sensibus minus continetur, implentes, per hanc in perpetuum valitum legem sancimus, ut, si quis contractus, si qua (2) actio, quae, quum non esset expressim supradictis (3) temporalibus praescriptionibus concepta, quorundam tamen vel a (4) fortuita vel excogitata interpretatione (5) saepe dictarum exceptionum laqueos evadere posse videatur, huic saluberrimae nostrae sanctioni succumbat, et quadraginta curculis annorum procul dubio sopiatur, nullumque ius privatum vel publicum in quacunque causa vel (6) quacunque persona, quod praedictorum quadraginta annorum extinctum est iugi silentio, moveatur. Sed quicumque super quolibet iure, quod per memoratum tempus inconcussum (7) et sine ulla re ipsa illata iudiciali conventionione (8) possedit, superque sua conditione, qua per idem tempus absque ulla iudiciali sententia simili munitione potitus est, sit liberi et praesentis saluberrimae legis plenissima munitione securus

Dat III Kal August (9) Constantinop OLYBRIO V C Cons. (10) [491]

5 *Idem A ad THOMAM, P P per Illyricum* (11) — Praescriptionem quadraginta annorum ab his, qui ad curialem conditionem vocantur, opponi non patimur, sed genitale statum semper eos agnoscere compelli sancimus. Sacra etenim nostrae pietatis lex de aliis loquitur conditionibus, nec anterioribus constitutionibus per eandem novellam legem derogatur, quae manifestissime curiales et liberos eorum, explosis temporalibus praescriptionibus, patriis suis reddi praecipunt

6 *Idem A LEONTIO* (12) *P P* — Competit nostra serenitas, quosdam sacratissimam nostrae pietatis constitutionem, quae de annorum quadraginta loquitur praescriptione, ad praedictum etiam publicarum functionum solutionis trahere conari, et, siquidem (13) per tanti vel amplioris temporis lapsum minime vel minus, quam oportuerat, tributorum nomine solutum est, non posse requiri seu profligari (14), contendere, quum huiusmodi conamen manifestissime sensui propositoque nostrae

4 *El Emperador ANASTASIO, Augusto, á MATRONIANO, Prefecto del Pretorio* — Suprimiendo todas las artes de perjudiciales á todos de cualesquiera modos, mandamos que ciertamente todas las excepciones temporales, que dimanar del antiguo derecho ó de decretos de los príncipes, subsistan con su propia fuerza como si especialmente y por su nombre hubiesen sido enumeradas por esta ley, y presten perpetuamente con arreglo á su propio tenor su auxilio á todos aquellos á quienes competen ó en lo sucesivo pudieren competir

§ 1 — Mas supliendo lo que no se contiene ó en las palabras ó en el sentido de las antiguas prescripciones, mandamos por esta ley, perpetuamente valedera, que si hubiera algun contrato, ó alguna acción, que, no habiendo sido expresamente comprendida en las antes dichas prescripciones temporales, pareciera, sin embargo, que, por fortuita ó rebuscada interpretación de algunos podía evadir muchas veces los términos de dichas excepciones, caiga bajo esta muy conveniente sanción nuestra, y se extinga sin duda alguna por el transcurso de cuarenta años, y no se ejecute en ninguna causa ó respecto de cualquier persona ningún derecho privado ó público, que haya sido extinguido por el continuado silencio de los antes mencionados cuarenta años. Pero con el plenísimo amparo de la presente muy saludable ley quede libre y seguro cualquiera respecto á cualquier derecho, que por el mencionado tiempo poseyó inconcuso y sin que en realidad se le haya hecho ninguna citación judicial, y respecto á su propia condición, de que con análogo amparo estuvo en posesión durante el mismo tiempo y sin ninguna sentencia judicial

Dada en Constantinopla á 3 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de OLYBRIO, varón esclarecido [491]

5 *El mismo Augusto á TOMAS, Prefecto del Pretorio de Iliria* — No consentimos que se oponga la prescripción de cuarenta años por los que son llamados á la condición de curial, sino que mandamos que sean compelidos ellos á reconocer siempre su estado natal. Porque la sacra ley de nuestra piedad habla de otras condiciones, y por la misma nueva ley no se derogar las anteriores constituciones, las cuales evidéntisimamente preceptúan que los curiales y sus hijos sean restituidos á su patria respectiva, desechadas las prescripciones de tiempo

6 *El mismo Augusto á LEONCIO, Prefecto del Pretorio* — Ha sabido nuestra serenidad, que algunos intentan aplicar también en perjuicio del pago de las cargas publicas la sacratísima constitución de nuestra piedad, que habla de la prescripción de cuarenta años, y que sostienen que si durante el lapso de tanto ó de más tiempo no se pagó por razón de tributos nada, ó se pagó menos de lo que se habia debido, no se puede reclamar ó completar, conociéndose que semejante conato es evidéntisimo

(1) ex, inser tan las ed. Schf Russ y después las demás, contra los mms Pl. 1. 2. Bg Gt. y las ed. Nbg Hal.

(2) Los mms Pl 1 2 Bg Gt, y las ed Nbg Schf Hal; sit, inser tan Russ y los demás

(3) saepe dictis, los mms Pl 1 2 Bg, y las ed Nbg Hal

(4) Los mms Pl 1 2. Bg y las ed Nbg Schf Hal Russ; a, omittentia Cont y los demás

(5) Parece que debe ponerse coma después de interpretatione.

(6) in, omitiendo vel, los mms Pl 1 Bg y la ed Schf; vel in, el ms Pl 2 y las ed Nbg Hal

(7) est, inser tan los mms Pl 1 2, y las ed Nbg. Schf Hal Russ; inser tan est, pero omitiendo et, los mms. Bg. Gt

(8) Los mms Pl 1 2 Bg Gt, y las ed Nbg Schf Hal

Russ Bk; contentione, Cont y los demás; pero véase la ley anterior, § 1

(9) La ley II C VI 61; Dat IV Kal, omitiendo Aug, Russ y los demás

(10) Hal omite la indicación de la fecha.

(11) per Illyricum, omitent las ed Nbg Hal, contra los cód

(12) Los mms Cas Vat Bg, y S. Perus; Leontio el ms Pl 1; Leoni, las ed, contra los antiguos mms de Cont

(13) Las ed Nbg Hal Russ Cont 62; si quid, los mms. Pl 1 2 Bg y las ed Schf Cont 66 y las demás; pero xxi ei

per, las Bas

(14) profligari, el ms Pl 2; también las Bas ἀπυρρίσαι

legis obviam noscatur Ideoque iubemus, eos, qui rem aliquam (1) per continuum annorum quadriaginta curriculum sine quadam legitima interpellatione possederint, de possessione quidem rei seu dominio nequaquam removeri, functiones autem, seu civilem canonem, vel aliam quamvis (2) publicam collationem eis impositam dependere compelli, nec huic parti cuiuscunque temporis praescriptionem oppositam admitti

7 *Imp Iustinus A Archelao P P* — Quum notissimi iuris sit, actionem hypothecariam in extraneos quidem suppositae rei detentatores annorum triginta finiri spatiis, si non interruptum erit silentium, ut lege cautum est, id est etiam per solam conventionem, aut si aetas impubes excipienda monstratur, in ipsos vero debitores aut heredes eorum primos vel ultteriores nullis exspirare lustrorum cursibus; nostis provisionis esse perspicuum hoc quoque emendare, ne possessores eiusmodi prope immortalis timore teneantur

§ 1 — Quamobrem iubemus, hypothecarum (3) persecutionem, quae rem movetur gratia vel apud debitores consistentium vel apud debitorem heredes, non ultra quadriaginta annos, ex quo competere coepit, prorogari, nisi conventio aut aetas, sicut dictum est, intercesserit, ut diversitas utriusque rem persecutionis, quae in debitorem aut heredes eius, quaeque movetur (4) in extraneos, in solo sit annorum numero, verum in aliis omnibus ambae similes sint; in actione scilicet personali his custodiendis, quae praesca constitutionum sanxit iustitia

§ 2 — Sed quum illud etiam in forensibus controversiis ventilabatur, an creditor anterior iura praetendens potest posteriorem creditorem hypothecam tenentem etiam ultra triginta annos inquietare, utpote imaginem debitoris obtinentem eique possidentem, necessarium duximus et hoc dicere Et sancimus, donec communis debitor vivit, non posse creditori anteriori triginta annorum exceptionem opponi, sed locum esse quadriaginta annorum praescriptioni, quia, dum ille vivit, merito anteriori creditori confidit, utpote apud debitorem eius possessione per posteriorem creditorem constituta Ex quo autem in fata sua debitor decesserit (5), ex eo quasi suo nomine possidentem posteriorem creditorem merito posse triginta annorum opponere praescriptionem; et secundum hanc distinctionem computationem temporum adhibendam, ut ex persona quidem sua posteriori creditor triginta annos, quos (6) ipse post mortem debitoris possedit, opponat Sin autem coniungere voluerit suae possessioni, quam post mortem debitoris habuit, etiam tempus, quo vivente debitore vel ipse creditor vel communis debitor detinuit, tunc quadriaginta annorum exceptionis iura tractari, et quantum deest ad quadriaginta annorum possessionem, per quam et ipse debitor creditorem repellere poterat (7), hoc se possedisso ostendat

(1) alienam, *Russ* al margen; pero las *Bas.* también *περὶ γὰρ τῆς*

(2) quandam, los *mms* *Pl* 1 2 *Bg*, y las *ed* *Nbg* *Schf*

(3) hypothecariam, los *mms* *Pl* 1 2.

(4) ot, insertan el *ms.* *Bg*, y las *ed* *Nbg* *Hal*

(5) concessit, el *ms* *Bg*.

(6) Los *mms* *Pl* 1 2 *Bg* *Gt*, todos los de *Russ*, y las

mamente contrario al sentido y al propósito de nuestra ley Y por lo tanto mandamos, que los que hubieren poseído alguna cosa durante el transcurso continuado de cuarenta años sin alguna legitima interrupción, no sean ciertamente de ningún modo repelidos de la posesión de la cosa ó del dominio, pero sean compelidos á pagar las cargas, ó el cánón civil, u otra cualquier contribución pública á ellos impuesta, y que no se admita á esta parte la prescripción de cualquier tiempo que haya opuesto

7 *El Emperador IUSTINO, Augusto, á ARQUELAO, Prefecto del Pretorio* — Siendo de muy conocido derecho que la acción hipotecaria se extingue respecto á extraños detentadores de la cosa hipotecada en el espacio de treinta años, si no se hubiere interrumpido el silencio, según se dispuso en la ley, esto es, también por la sola citación á juicio, ó si se mostrara edad impuberta que deba exceptuarse, pero que respecto á los mismos deudores ó á sus primeros ó ulteriores herederos no se extinguía por el transcurso de ningún tiempo; consideramos que correspondia á nuestra previsión enmendar también esto, á fin de que tales poseedores no estén sujetos á un temor casi inextinguible

§ 1 — Por tanto, mandamos que la persecución de hipotecas, que se promueve por razón de cosas que están ó en poder de los deudores, ó en el de los herederos de los deudores, no se prorogue más allá de cuarenta años desde que comenzó á competir, á no ser que hubiere mediado citación á juicio ó causa de edad, según se ha dicho, de suerte que la diversidad de una y otra persecución de bienes, la que se promueve contra el deudor ó sus herederos, y la que contra extraños, consista en solo el número de años, pero que ambas sean iguales en todo lo demás; debiéndose observar, por supuesto, respecto la acción personal lo que dispuso la antigua justicia de las constituciones

§ 2 — Mas como también se ventilaba en las controversias forenses, si el acreedor que pretende derechos anteriores puede molestar aun después de treinta años á un acreedor posterior que tiene la hipoteca, como si tuviera la representación del deudor y poseyera para éste, hemos considerado necesario disminuir también esto Y mandamos, que mientras vive el deudor común no se pueda oponer al acreedor anterior la excepción de treinta años, sino que haya lugar á la prescripción de cuarenta años, porque, mientras él vive, con razón confía el acreedor anterior, como hallándose constituida en poder de su deudor la posesión por medio del acreedor posterior Pero que desde que hubiere fallecido el deudor, con razón pueda el acreedor posterior, como poseyendo en su propio nombre, oponer la prescripción de treinta años; debiéndose hacer también según esta distinción el cómputo del tiempo, de suerte que por razón ciertamente de su propia persona el acreedor posterior oponga los treinta años, que él mismo poseyó después de la muerte del deudor Mas si hubiere querido unir á su propia posesión, que tuvo después de la muerte del deudor, también el tiempo durante el que, viviendo el deudor, retuvo la cosa ó el mismo acreedor ó el deudor común, en este caso apliquense las leyes de la excepción de cuarenta años, y prueba que él poseyó cuanto falta para la posesión de cuarenta años, por la cual también el mismo deudor habría podido repeler al acreedor

ed *Nbg*. *Schf*; quó, *Hal*; per quos, *Russ* y los demás (7) Los *mms*, *Pl* 1 2 *Bg* *Gt*, y la *ed* *Schf*; poterat, las *ed* *Nbg* *Hal* y las demás

§ 3 — Eodem iure pro temporum computatione observando, et si posterior creditor anteriori creditori offerre debitum paratus est, et is creditor longaevam possessionis praescriptionem ei opponere conatu.

§ 4 — Illud autem plus quam manifestum est, quod in omnibus contractibus, in quibus sub aliqua conditione vel sub die certa vel incerta stipulationes et promissiones vel pacta ponuntur, post conditionis exitum vel post institutae diei certae vel incertae lapsum praescriptiones triginta vel quadraginta annorum, quae personalibus vel hypothecariis actionibus opponuntur, initium accipiunt (1) Unde evenit, ut in matrimoniis, in quibus redhibitio dotis vel ante nuptias donationis in diem incertam mortis vel repudii differri assolet (2), post coniugii dissolutionem eandem curricula praescriptionum, personalibus itidem actionibus vel hypothecariis opponendarum, incipiant (3)

§ 5 — Immo et illud procul dubio est, quod, si quis eorum, quibus aliquid debetur, res sibi suppositas sine violentia tenuerit, per hanc detentionem interruptio sit praeteriti temporis, si minus effluxit triginta vel quadraginta annis, et multo magis, quam si esset interruptio per conventionem introducta, quum litis contestationem imitatur (4) ea detentio (5) Sed et si quis debitorum ad agnoscendum (6) suum debitum secundam cautionem in creditorem exposuerit, tempora memoratarum praescriptionum interrupta esse videbuntur, quantum ad priorem cautionem pertinet, quae scilicet innovata permansit, tam in personalibus quam in hypothecariis actionibus Namque improbum est, debitorem hunc contradicere, qui, ne sub accusatione (7) morae (8) [debitoris (9)] fiat, secundam in eum super eodem (10) debito cautionem exposuit

§ 6 — In his etiam promissionibus vel legatis vel aliis obligationibus, quae dationem per singulos annos vel menses aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum praescriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiusque (11) anni vel mensis vel alterius singularis temporis computari, manifestum est Nulla scilicet danda licentia vel ei, qui iure emphyteutico rem aliquam per quadraginta vel quoscunque alios annos detinuerit, dicendi, ex transacto tempore dominium sibi in iisdem rebus quaesitum esse, quum in eodem statu semper manere datas iure emphyteutico res oporteat, vel conductori seu procuratori rem alienari dicendi (12), ex quocunque temporum curriculo non debere se domino, volenti post completa conductionis tempora possessionem recipere, eam (13) reddere

§ 3 — Debiéndose observar el mismo derecho respecto al cómputo del tiempo, también si el acreedor posterior estuvo dispuesto a ofrecerle al anterior acreedor lo que se le debe, y este acreedor intenta oponerle la larga prescripción de la posesión

§ 4 — Pero es más que evidente, que en todos los contratos en que bajo alguna condición o desde día cierto ó incierto se ponen estipulaciones y promesas ó pactos, las prescripciones de treinta ó de cuarenta años, que se oponen á las acciones personales ó hipotecarias, comienzan después del cumplimiento de la condición ó después del lapso del día cierto ó incierto. De donde proviene, que en los matrimonios, en los cuales la devolución de la dote ó de la donación de antes de las nupcias se suele diferir hasta el día incierto de la muerte ó del repudio, comiencen después de la disolución del matrimonio los plazos de las mismas prescripciones, que se deben oponer de la misma manera á las acciones personales ó á las hipotecarias

§ 5 — Y aun también está lejos de duda, que, si alguno de aquellos á quienes se le debe alguna cosa hubiere tenido sin violencia las cosas que le fueron obligadas, se verifica por medio de esta retención la interrupción del tiempo pasado, si transcurrió menos de treinta ó de cuarenta años, y con mucha más razón que si esta interrupción hubiese sido interpuesta por medio de citación á juicio, por que esta retención semeja la contestación de la demanda Mas también si alguno de los deudores hubiere dado para reconocer su deuda una segunda caución al acreedor, se considerará que fueron interrumpidos los tiempos de las mencionadas prescripciones en cuanto se refiere á la primera caución, la cual permaneció ciertamente renovada, tanto respecto á las acciones personales como á las hipotecarias Por que es injusto que se oponga este deudor, el cual, para que no se proceda bajo la acusación de su morosidad de deudor, dió á aquel una segunda caución sobre el mismo débito

§ 6 — Es evidente que también en las promesas, ó en los legados ó en las demás obligaciones, que contienen dación para cada año, ó por meses, ó por algún tiempo especial, el tiempo de las mencionadas prescripciones se computa no desde el comienzo de tal obligación, sino desde el principio de cada año, ó mes, u otro especial periodo No debiéndose, por supuesto, conceder facultad, ni al que por derecho de enfiteusis hubiere retenido alguna cosa por cuarenta ó por otros cualesquiera años, para decir que por virtud del tiempo transcurrido se adquirió para él el dominio sobre las mismas cosas, pues conviene que las cosas dadas por derecho de enfiteusis permanezcan siempre en el mismo estado, ni á un arrendatario ó á un procurador de cosas ajenas, para decir por virtud de cualquier transcurso de tiempo que él no debía devolverle la posesión al dueño, que quisiera recuperarla después de cumplido el tiempo del arrendamiento

(1) accipiant, los mms. Pl 1. 2

(2) Los mms Pl 1 2 Gt, y la ed. Schf; solet, los demás

(3) Los mms Pl 1 2 Bg Gt, todos los de Russ, y las ed Nbg Schf Hal; initium accipiant, Russ. y los demás.

(4) Los mms Pl 1. 2 Bg Gt, y las ed. Nbg Schf Hal; imitetur, Russ. y los demás

(5) detentatio, el ms Bg

(6) cognoscendum, los mms. Pl 2 Bg, y las ed Nbg Hal

(7) Los mms Pl 1 2. Bg Gt Rg y la ed Nbg; credito ris, insertan las ed Schf Russ y las demás; quod ne fiat sub accusatione, omitiendo creditoris, M Vacar según Dürksen p 472

(8) En nuestros mms se lee more, lo que también puede ser morae, que es también lo que exige el sentido

(9) debitoris, la bota Cuyacio, y á la ver dal favor cien do el sentido pero conti a nuestros códices

(10) super eo, los mms Pl 2 Gt, los antiguos libros de Russ y la ed Schf; super priore, el ms Bg, y las ed Nbg Hal.

(11) cuiuscunque, los mms. Pl 1 2 Gt, y las ed. Nbg Hal

(12) dicenti, Russ Cont 62; pero contra todos los cód de Russ y los nuestros

(13) Los mms Pl 1 2 Bg Gt, y la ed Schf; eandem, las demás ed

Dat Kal Decemb Constantinop (1) PHILOXENO et PROBO Conss (2) [525]

§ 8 *Imp IUSTINIANUS A MENNAE P P* — Si quis emtionis vel donationis vel alterius cuiuscunque contractus titulo rem aliquam bona fide per decem vel viginti annos possederit, et longi temporis exceptionem contra dominos eius vel creditores hypothecam eius praetendentes sibi adquisierit, posteaque (3) fortuito casu possessionem eius rei perdidit, posse eum etiam actionem ad vindicandam eandem rem habere sancimus. Hoc enim et veteres leges, si quis eas recte inspexerit, sanciebant.

§ 1 — Quodsi quis eam rem desierit possidere, cuius dominus vel is, qui suppositam eam habebat, exceptione triginta vel quadraginta annorum expulsus est, praedictum auxilium non indiscreto (4), sed cum moderata divisione ei praestari censemus, ut, si quidem bona fide ab initio eam rem tenuerit, simili poss. uti praesidio, sin vero mala fide eam adeptus est, indignus eo videatur, ita tamen, ut novus possessor, si quidem ipse rei dominus ab initio fuit vel suppositam eam habebat, et memoratae exceptionis necessitate expulsus est, commodam detentionis sibi acquirat. Sin vero nullum ius in eadem re quocunque tempore habuit, tunc licentia sit priori domino vel creditori, qui nomine hypothecae rem obligatam habuit, et heredibus eorum, ab iniusto detentatore eam vindicare, non obstante (5) ei, quod prior possessor triginta vel quadraginta annorum exceptione eum removerat, nisi ipse iniustus possessor triginta vel quadraginta annorum, ex eo tempore computandorum, ex quo prior possessor, qui evicit (6), ea possessione (7) cecidit, exceptione munitus sit (8).

§ 2 — Sed haec super illis detentatoribus censemus, qui sine violentia eandem rem nacti sunt. Nam si quis violententer eam abstulerit, omnimodo licebit priori possessori sine ulla distinctione eam vindicare.

§ 3 — Sed et si quis non per vim, sed per sententiam (9) iudicis eam detinuit (10), ea tantum occasione, quod absens prior possessor ad litem vocatus minime responderit, licebit ei ad similitudinem (11) ceterorum, qui rei dominium habent, intra annum se offerenti, cautionemque suscipiendae litis danti, eandem rem recipere, superque ea cognitionalia subire cautamina.

§ 4 — Exceptionem etiam triginta vel quadraginta annorum in illis contractibus, in quibus usurae promissae sunt, ex illo tempore initium capere sancimus, ex quo debitor usuras minime persolvit.

Dat III Id Decemb Constantinop Dn IUSTINIANO A II Cons (12) [528]

Dada en Constantinopla las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de FILOXENO y de PROBO [525]

§ 8 *El Emperador IUSTINIANO, Augusto, á MENNA, Prefecto del Pretorio* — Mandamos, que si á titulo de compra, ó de donación ó de otro cualquier contrato hubiere alguien poseído de buena fe diez ó veinte años una cosa, y adquirido para sí la excepción de largo tiempo contra sus dueños ó contra acreedores que pretendían su hipoteca, y después hubiere perdido por accidente fortuito la posesión de esta cosa, también él pueda tener acción para reivindicar la misma cosa. Porque esto, si alguien las examinare convenientemente, lo disponían también las antiguas leyes.

§ 1 — Pero si uno hubiere dejado de poseer la cosa cuyo dueño, ó el que la tenía obligada, fué repelido por la excepción de treinta ó de cuarenta años, mandamos que no se preste el antes mencionado auxilio indistintamente, sino con moderada distinción, de suerte, que si verdaderamente la hubiere tenido de buena fe desde el principio, pueda utilizar semejante auxilio, pero si la alcanzó de mala fe, sea considerado indigno de él, de modo, sin embargo, que el nuevo poseedor, si ciertamente éste fué desde el principio dueño de la cosa, ó la tenía obligada, y fué repelido por la necesidad de la mencionada excepción, adquiere para sí la ventaja de la retención. Mas si en ningún tiempo tuvo ningún derecho sobre la misma cosa, en este caso tengan facultad el anterior dueño, ó el acreedor que á titulo de hipoteca tuvo obligada la cosa, y los herederos de éstos, para reivindicarla del injusto detentador, no estándole que el primer poseedor lo hubiera rechazado con la excepción de treinta ó de cuarenta años, á no ser que el mismo injusto poseedor este amparado con la excepción de treinta ó de cuarenta años, contaderos desde el momento en que el primer poseedor, que hizo la reivindicación, decayó de esta posesión.

§ 2 — Mas esto lo mandamos respecto á aquellos detentadores que sin violencia obtuvieron la misma cosa. Porque si alguno la hubiere quitado violentamente, le será de todos modos lícito al primer poseedor reivindicarla sin ninguna distinción.

§ 3 — Pero también si uno la retuvo no por la fuerza, sino por sentencia del juez, con ocasión solamente de que estando ausente el primer poseedor no hubiere de ningún modo respondido habiendo sido llamado á juicio, le será lícito á éste, á semejanza que á los demás que tienen el dominio de la cosa, presentándose dentro del año y dando caución de aceptar el litigio, recuperar la misma cosa, y soportar respecto á ella los debates del conocimiento judicial.

§ 4 — Mandamos también, que la excepción de treinta ó de cuarenta años comience en los contratos, en que se prometieron intereses, desde que el deudor no pagó los intereses.

Dada en Constantinopla á 3 de los Idus de Diciembre, bajo el segundo consulado del señor IUSTINIANO, Augusto [528]

(1) El lugar ha sido puesto según el ms. Pist., el cual confirma lo demás de la indicación de la fecha.

(2) Los consules que faltan en Russ. en el texto y en Cont. 62, los pone el mismo Russ. al margen según los cúl., Hal. omite la indicación de la fecha.

(3) postea, los mms. Bg. Gt.

(4) indistincte, las ed. Nbg. Hal.; distinctione, después en lugar de divisione, Al. Vacar. según Duxen p. 172.

(5) obsistente, los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.

(6) qui eum vicit, el ms. Bg.; qui et vicit, parece que leyó el intérprete griego en las Bas.

(7) eam possessionem, el ms. Pl. 1. eam possessione, el ms. Pl. 2.

(8) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; est. Russ. y los demás.

(9) sed sententia, los mms. Pl. 1. Gt.

(10) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. detinuerit la ed. Schf.; obtinuit, la ed. Nbg., obtinuerit, Hal. y los demás.

(11) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. y la ed. Schf.; ei et instat, las ed. Nbg. Hal., et ad similitudinem, Russ. y los demás; pero la equivalencia de et no se halla en las Bas.

(12) A. II Cons., omite las los demás.

9 *Idem A DEMOSTHENI P P* — Saepe quidam (1) suos obnoxios in iudicium vocantes, et iudicialiis certaminibus ventilatis, non ad certum finem lites (2) producebant (3), sed taciturnitate in medio tempore adhibita propter potentiam forte fugientium, vel suam imbecillitatem, vel alios quoscumque casus (quum sortis humanae multa sunt (4), quae (5) nec dici nec enumerari (6) possunt), deinde iure suo lapsi esse videbantur eo, quod post cognitionem novissimam triginta annorum spatium efflueret, et, huiusmodi exceptione opposita suas fortunas ad alios translatas videntes, merito quidem, sine remedio autem (7), lugebant. Quod nos corrigentes, eandem exceptionem, quae ex triginta annis oritur, in huiusmodi casu opponi minime patimur, sed, licet personalis actio ab initio fuerit instituta, eam tamen in quadagesimum annum extendimus, quum non similis sit, qui penitus ab initio tacuit, ei, qui et postulationem deposuit, et in iudicium venit, et subiit certamina, litem autem implere per quosdam casus praepeditus est. Sed licet ipse actor (8) defecerit, tamen suae posteritati huiusmodi (9) causae cursum eum relinquire posse definimus, ut eius heredibus vel successoribus liceat eam adimplere, nullo modo triginta annorum exceptione sublata (10). Quod tempus, id est quadraginta annorum spatium, ex eo numerari decernimus, ex quo novissima processit cognitio, postquam utraque pars cessavit.

TIT XL

DE ANNALI EXCEPTIONE ITALICI CONTRACTUS TOLLENDI,
ET DE DIVERSIS TEMPORIBUS, ET
EXCEPTIONIBUS, ET (11) PRAESCRIPTIONIBUS, ET
INTERRUPTIONIBUS EARUM

1 *Imp IUSTINIANUS A. IULIANO P P* — Super anali exceptione, quae ex Italicis contractibus oritur, tantae moles alterationum in omnibus iudiciis exortae sunt, quantas et enumerari difficile, et explanari impossibile est. Primum etenim natura eius observationis (12) cum omni scrupulositate et difficultate composita est, quum multa concurrere debent (13), ut ea (14) nascatur. Deinde illud spatium annale alii quidem ita effuse interpretabantur, ut possit usque ad decennium extendi, alii iudicantes usque ad quinquennium standum esse putaverunt. Et in nostris temporibus saepius super huiusmodi calculo a iudicibus variatum est, unde

(1) quidem, *el ms Gt, per o Πολύς τις, las Bas*

(2) lites, *las ed. Nbg Hal; per o τὰς δίνας, las Bas*

(3) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, todos los de Russ, y las ed Nbg Hal; παράγουσι, las Bas; producebant, las ed Schf Russ y las demás.*

(4) *Los mms Pl 2 Bg Gt Rg, M Vacar en Dirksen, p 473, y la ed Schf; cum sortes humanae multae sunt, el ms Pl 1, y las ed Nbg Hal; lo mismo, per o cambiando sint por sunt, Russ y los demás. El intérprete griego en las Bas parece que leyó quum sortis humanae multi sunt, qui*

(5) *Los mms Pl 1 2 Bg Rg, M Vacar, y la ed Schf; qui, las ed Nbg Hal, y las demás*

(6) *Los mms Pl 1 Rg, M Vacar, y las ed. Nbg Hal; numerari, los mms Pl 2 Bg, y las ed Schf Russ y las demás; ἀριθμητέαι, las Bas*

(7) *Los mms Pl 1 Bg y la ed Schf; ante, las ed Nbg Hal y las demás; per o el texto concuerda mejor con las Bas, y su lectura la aprueba Russ al margen*

(8) *auctori, el ms Bg; per o ὁ ἐξέπων, las Bas*

9 *El mismo Augusto a DEMÓSTENES, Prefecto del Pretorio* — Con frecuencia algunos, que llamaban a juicio a sus obligados, no llevaban, aun celebrados los debates judiciales, a término cierto los litigios, sino que, produciéndose en el tiempo intermedio el silencio acaso por virtud del poder de los demandados, ó por su propia debilidad, ó por otros cualesquiera accidentes, (pues hay muchos casos en la condición humana, que ni se pueden decir ni enumerar), parecía luego que habían caído de su derecho, porque después del último conocimiento judicial hubiere transcurrido el espacio de treinta años, y viendo sus fortunas transferidas a otros por habérselas opuesto semejante excepción, se lamentaban ciertamente con razón, pero sin remedio. Corrigiendo nosotros esto, no consentimos de ningún modo que en semejante caso se oponga la misma excepción, que nace de los treinta años, sino que, aun cuando en un principio se hubiere intentado una acción personal, la extendemos, sin embargo, hasta los cuarenta años, porque el que desde un principio calló en absoluto no es igual al que presentó su petición, y vino al juicio, y sostuvo los debates, pero se vió imposibilitado por algunas circunstancias de terminar el litigio. Pero determinamos, que, aunque el mismo actor hubiere fallecido, pueda él, sin embargo, dejar a su posteridad el curso de tal litigio, de suerte que les sea lícito a sus herederos ó sucesores terminarlo, de ningún modo extinguido por la excepción de los treinta años. Cuyo tiempo, esto es, el espacio de los cuarenta años, mandamos que se cuente desde que prosiguió el último conocimiento, después que ambas partes dejaron de instar el pleito.

TÍTULO XL

DE LA SUPRESIÓN DE LA EXCEPCIÓN DE UN AÑO RESPECTO
A LOS CONTRATOS CELEBRADOS EN ITALIA,
Y DE LOS DIVERSOS TIEMPOS, Y DE LAS EXCEPCIONES,
Y DE LAS PRESCRIPCIONES,
Y DE LAS INTERRUPCIONES DE ÉSTAS

1 *El Emperador JUSTINIANO, Augusto, a JULIÁN, Prefecto del Pretorio* — Sobre la excepción de un año, que nace de los contratos celebrados en Italia, surgió en todos los juicios tan grande multitud de altercados, que es difícil enumerarlos ó imposible explicarlos. Porque en primer lugar la naturaleza de esta observancia está constituida con tantas escrupulosidades y dificultades, que deben concurrir muchas circunstancias para que ella nazca. En segundo lugar, aquel espacio de un año unos lo interpretaban ciertamente con tanta latitud, que podía extenderse hasta un decenio, juzgando otros que debía llegar hasta un quinquenio. Y en nues-

(9) *Los mms Pl 1 2 Bg, huius, las ed; per o τῆς τριακταίας αἰτίας, las Bas*

(10) *Russ al margen y según el ms. Pl 1 antes de la corrección; en la actualidad se lee sublata en el ms Pl 1, en los mms Pl. 2 Bg, y en todas las ed; opposita, otros; ablata, Russ al margen. Pero requiere en nuestra lectura las Bas que traducen así: τὰν τῶν ἐπιπέδων, μηδὲν τῶν τῶν τριῶν ἐπιπέδων παραπραγῆ ἀναρπείσθαι. Véase Reitz en la nota 49. en Meerm Thes I V p 76*

(11) *BI EXCELIIONIBUS ET, omitelas S Perus; ET EXCELIIONIBUS VEI enmienda Cuyacio; per o confirma el texto la fábrica de las Bas a la L 15*

(12) *naturae eius observatio, los mms Bg Gt, y el ms Pl 1, en el que sin embargo recientemente parece haberse enmendado observatiois.*

(13) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, y las ed Nbg Schf Hal; debeant, Russ y los demás*

(14) *exceptio, insertan los mms Pl 1 Gt*

nec facile suum effectum in litigiis ostendere huiusmodi exceptio valuit. Quum itaque nobis aliae temporales exceptiones vel (1) praescriptiones sufficient, huiusmodi difficultatibus illigari nostro subiecto imperio minime patimur. Ideoque memorata annali exceptione penitus quiescente, aliae omnes legitimae exceptiones vel (2) praescriptiones in iudiciis suum vigorem ostendant, sive quae super decennio, vel viginti, vel triginta, vel quadraginta annis introductae sunt, sive quae minoribus spatiis concluduntur.

§ 1 — Ad haec quum nihil prohibet, etiam ea, quae aliquam dubitationem acceperunt, clarioribus et compendiosis sanctionibus renovari, iubemus, omnes personales (3) actiones, quas verbosa quorundam interpretatio iactare (4) extra metas triginta annorum conabatur, triginta annorum spatiis concludi, nisi legitimus modus, qui et veteribus et nostris legibus enumeratus est, interruptionem temporis introduxerit; sola hypothecaria actione quadraginta annorum utente curiculis. Nemo itaque audeat neque actionis familiae circundae, neque (5) communi dividendo, neque finium regundorum, neque pro socio, neque furti, neque vi bonorum raptorum, neque alterius cuiuscunque personalis actionis vitam longiorem esse triginta annis interpretari; sed ex quo ab initio competit, et semel nata est, et non iteratis fabulis saepe recreata, quemadmodum in furti actione (6) dicebatur, post memoratum tempus finiri. Exceptis omnibus actionibus, licet personales sint, quae in iudicium deductae sunt et cognitionalia acceperunt certamina, et postea silentio traditae sunt, in quibus non triginta, sed quadraginta annos esse expectandos, ex quo novissimum (7) litigator es tacuerunt, lex nostra antea promulgavit.

§ 2 — Ne autem imperfecta sanctio videatur, quum in materinis quidem rebus filisfamilias temporaria exceptio curere dispositum erat, ex quo sacris paternis absoluti sunt, in aliis autem, quae minime acquiri possunt, hoc non fuerat specialiter constitutum, apertissima definitione sancimus, filisfamilias in omnibus his (8) casibus, in quibus habent res minime patribus suis acquisitas, nullam temporalem exceptionem opponi, nisi ex quo actionem movere potuerint, id est postquam manu paterna vel eius, in cuius potestate erant constituti, fuerint liberati. Quis enim incusare eos poterit, si hoc non fecerint, quod, etsi maluerint, minime adimplere lege obviante valebant?

Dat XV Kal April. Constantinop LAMPADIO et ORESTE VV CC Conss (9) [530]

2 *Idem A IOANNI P P* — Ut perfectius omnibus

tos tiempos con frecuencia se discrepó por los jueces sobre este cálculo, por lo que ni aun con facilidad pudo tal excepción producir su efecto en los litigios. Y así, bastando para nosotros las otras excepciones ó prescripciones temporales, de ningún modo consentimos que los subditos de nuestro imperio estén atados por dificultades de tal naturaleza. Y por lo tanto, quedando extinguida en absoluto la mencionada excepción de un año, muestren su vigor en los juicios todas las demás legítimas excepciones ó prescripciones, ora las que se introdujeron por diez, veinte, treinta ó cuarenta años, ora las que se limitan en plazos más cortos.

§ 1 — Además de esto, como nada impide que también lo que admitió alguna duda sea renovado con disposiciones más claras y breves, mandamos, que todas las acciones personales, que la verbosa interpretación de algunos intentaba hacer salir de los límites de los treinta años, estén reducidas al espacio de los treinta años, á no ser que haya introducido la interrupción del tiempo un legítimo modo, que esté enumerado en las antiguas leyes y en las nuestras; disfrutando solamente la acción hipotecaria de un término de cuarenta años. Así, pues, nadie se atreva á interpretar que es más larga de treinta años la vida de la acción de partición de herencia, ni de división de cosa común, ni de rectificación de linderos, ni de sociedad, ni de hurto, ni de cosas arrebatadas por fuerza, ni la de otra cualquier acción personal; sino que desde que en un principio competió y una vez nació, y no reproducida muchas veces por reiteradas ficciones, como se decía en la acción de hurto, se extinga después del mencionado tiempo. Exceptuándose todas las acciones, aunque sean personales, que fueron deducidas en juicio y fueron objeto de los debates del conocimiento judicial, y después quedaron entregadas al silencio, respecto de las cuales promulgó antes nuestra ley que se habían de esperar no treinta, sino cuarenta años desde que por última vez guardaron silencio los litigantes.

